



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis

Paulus, Hieronymus

Venetiis, 1572

Conclusio quando petitur obseruatio laudi siue arbitrij, à quo non fuit intra
tempus debitum declaratum, nec acceptatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10350

& Spec. tit. de contum. quādo verò committitur absolutio super iniectione manuum, tunc ponitur præstatio iuramenti, quòd deinceps talia non committeret &c. & idem fit in violatoribus Ecclesiasticæ libertatis, & aliis huiusmodi. vide in c. extimore. de sent. excommu.

Observatio sententiæ, quæ per desertionem transiit in rem iudicatam, cum taxatione expensarum Mandan. qua tenus si, vocatis qui fuerint euocandi, vobis de desertione, appellationi huiusmodi legitimè constiterit, sententiam prædictam sicut ritè prolata est, faciatis autoritate nostra appel. rem firmiter obseruari. & expensas prouida moderatione taxare curetis, & si taxationem ipsam per vos fieri contigerit, faciatis idem. B. per censuram Ecclesiasticam, appellatione cessante, de expensis ipsis debitam satisfactionem impendi. Iste stilus super vocationem videtur consonare cum opi. Bar. in l. i. ff. nil noua appel. pen. & Bal. in l. eos. C. de appel. Satis probat tex. in l. ii. ver. fi. C. de tem. appel. & vide Canonistas recentiores in c. ex ratione, de appel. post Innoc. Butr. & Imol. contrarium tenentes.

Quando excommunicatus petit absolutionem, & relaxationem interdicti.

Quo circa &c. vocatis, qui fuerint euocandi, si vobis constiterit dictum B. eidem G. de præmissis satisfecisse, prædictum B. hac vice duntaxat autoritate nostra absoluatis, in forma &c. Salutare, & interdictum huiusmodi relaxetis.

Conclusio quando petitur observatio laudi siue arbitrij, à quo non fuit intra tempus debitum declaratum, nec acceptatum.

Mandamus, quatenus dictum arbitrium, sicut iustè latum est, faciatis per pœnam in compromisso huiusmodi appositam autoritate nostra appel. rem. firmiter obseruari vide doct. in c. quinquauallis. de iureiur. & C. de arbit. l. pen.

C 3 Observatio